Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



et non estis uestri. Empti enim estis
pretio magno. Glorificate et portate
deum in corde et in corpore uestro.

De quibus VII
autem scripsistis mihi. bo
num est homini mulierem
non tangere. Propter fornicati
onem autem unusquisque uxorem suam
habeat. et unaquaque habeat uirum
suum. Vxori uir debitum reddat si
militer autem et uxor uiro. Mulier po
testatem non habet corporis sui sed uir
similiter autem et uir sui corporis poten
tatem non habet sed mulier. Nolite
fraudare inuicem nisi forte ex con
sensu ad tempus ut uacetis orationi et
iterum reuertimini in id ipsum ne tem
pet uos sathanas propter incontin
entiam uestram. Hoc autem dico se
cundum indulgentiam uiam. et non
secundum imperium. Volo autem omnes
homines esse sicut me ipsum. Sed et
unusquisque proprium habet donum
a deo. Alius quidem sic alius uero sic.
Dico autem non nuptis et uiduis. bonum
est illis si sic maneant sicut et ego.
Quod si se se non continent nu
bant. Melius est enim nubere quam
uri. his autem qui matrimonio uinc
ti sunt. precipio non ego sed dominus
uxorem a uiro non recedere. Quod si
discesserit manere in nuptiam aut
uiro reconciliari. Et uir uxorem
non dimittat. Nam ceteris ego dico
non dominus. Si quis frater uxorem
habet infidelem et hec consentit hi
tare cum illo non dimittat illam. Et
si qua mulier habet uirum infidelem
et hic consentit hitare cum illa
non dimittat uirum. Sanctificatus
est enim uir infidelis per mulierem
fidelem et sanctificata est mulier
infidelis per uirum fidelem. Alioquin
filii uestri immundi essent. Nunc
autem sancti sunt. Quod si infidelis
discedit discedat. Non est enim ser
uitutiti subiectus. est frater aut so
ror in huiusmodi. In pace autem uocauit
nos deus. Vnde enim scis mulier si
uirum saluum facias. aut unde scis
uir si mulierem saluam facies. Ut
unicuique sicut diuisit dominus et
unumquemque sicut uocauit domi
deus ita ambulet. et sicut in omnibus
ecclesiis doceo. Circumcisus aliquis
uocatus est non adducat preputium.
In preputio aliquis uocatus est non
circumcidatur. Circumcisio enim
nihil est. preputium nihil est. sed
obseruatio mandatorum dei. Vni
quisque in qua uocatione uocatus
est in ea permaneat apud deum.
Seruus uocatus es non sit tibi cure
sed et si potes liber fieri magis ute.
Qui enim in domino uocatus est ser
uus libertus est domini. Simili
et qui liber uocatus est seruus est
christi. Pretio empti estis nolite fie
ri serui hominum. Vnusquisque ergo
in qua uocatione uocatione uocatus
est frater in hac permaneat apud
deum. De uirginibus autem precep
tum domini non habeo. Consilium
autem do tanquam misericordiam consecutus
a deo ut sim fidelis. Existimo ego
hoc bonum esse propter instantem